

Band VIII., Nr. 2888, Seite 173-174

Erzbischof Werner von Mainz und das Kapitel der Mainzer Kirche eignen dem Edlen Konrad von Magenheim das Patronatrecht der Kirche auf dem Ruhelberg mit andern Gütern.

Mainz, 1279. Mai 30.

Wernherus dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, decanus totumque capitulum ecclesie Maguntinensis omnibus in perpetuum. Supplicationibus nobilium convenit nos benivolum adhibere consensum et annuere eorum voluntati sicut expedit cum effectu. Sane accedente ad nos nobili viro Conrado de Magenheim nostre ecclesie vasallo et intervenientibus pro eo quibusdam familiaribus nostris petitioni sue annuimus sine nostre ecclesie indempnitate (!), ita quod receptis in reconpensam talibus bonis, videlicet villa que dicitur Ramesbach cum iure patronatus ecclesie eiusdem ville, prato quod Brūwel dicitur, quatuor vinearum iugeribus in Roden¹ et viginti urnis vini in redditibus annuatim ibidem, prato in Paffenhoven quod dicitur Bruwel, curia in Flehingen ad culturam aratri, item curia in Baltshoven ad culturam aratri, item in Erlenkeim curia ad culturam aratri, item in Meimotsheim ad dimidium aratrum, item in Bunnankeim quinque iugeribus vinearum, que bona dictus nobilis nobis tamquam propria resignavit et eadem a nobis in feodum recepit, item talia bona, videlicet tertiam partem decime in Bunnankein, duas partes decime in Erlenkein, medietatem decime in Clobern cum iure patronatus ecclesie in Ruleberg² et suis pertinentiis universis, que a nobis et ecclesia nostra et quondam monasterio Laurissensi Premonstratensis ordinis hactenus in feodo tenuit, ratione reconpense prenotate libera absoluta et propria eidem nobili per presentes conferimus et assignamus, dantes ei liberam potestatem eadem bona vendendi permutandi et de eis faciendi prout ei videbitur expedire. In cuius rei testimonium nostra sigilla duximus presentibus appendenda.

Datum Maguntie, anno domini millesimo CCLXXIX., tertia kalendas Junii.

Kopialbuch u. 264 (Liber oblig. Spir. II) fol. 87^b. Unter dem Text in anderer Schrift, gleichzeitig: *Ludevicus Rode notarius subscripsit.*

¹Flur bei Ramsbach.

²Ruhelberg = Runingenburc, Cleebromn, HN, W.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

67/450 fol. 87 v - 88 r

Editionen:

Remling: Bischöfe Speyer, Bd.1, S. 359.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Mainz

Ortsindex:

Balzhof : Cleebronn HN

Balzhof Wohnplatz (1896)

Bönnigheim Wohnplatz (892)

Bönnigheim, LB

Cleebronn Wohnplatz (1897)

Cleebronn, HN

Erligheim Wohnplatz (955)

Erligheim, LB

Flehingen Wohnplatz (5410)

Flehingen, Oberderdingen, KA

Lorsch, HP

Magenheim Wohnplatz (1899)

Magenheim, Cleebronn, HN

Mainz, MZ

Meimsheim Wohnplatz (1882)

III

Meimsheim, Brackenheim, HN
Michaelsberg : Cleebronn HN
Michaelsberg Wohnplatz (1900)
Pfaffenhofen Wohnplatz (2168)
Pfaffenhofen, HN
Ramsbach Wüstung (25595)
Ramsbach, Zaberfeld, HN, W